

PHILOSOPHIA MANUSCRIPTA

fra Franje Marušića, Mostarca

SERAFIN HRKAĆ

(Zagreb)

UDK 1(091)
Pregledni članak
Primljen: 15. XI. 1997.

Filozofijsko učilište (*Studium philosophiae*) u Zaostrogu utemeljeno je u Našicama 3.VI.1726. na franjevačkom kapitulju Provincije Bosne Srebrene (Bosna Argentina) pod predsjedanjem novoizabranog provincijala fra Pavla Nikolića iz Šibenika i njegova definatorija (»...statuitur et declaratur a Ven. Diff. novum *Studium Philosophiae in Conventu Zaostrogensi*«; *Liber Archivalis, /Makarska/ ad diem*, str. 187.) jedno desetljeće prije njezine prve podjele g. 1735, kada se odvojila dalmatinska provincija, dok se prekosavski dio odvojio tri dekade kasnije od matične provincije koja se prije spomenutih razdioba prostirala od Jadrana do Budima i Crnoga mora.

Prije Franje Marušića filozofiju su u Zaostrogu predavali fra Luka Stojić i fra Andrija Miošić. Iako su podaci o Marušićevu životu vrlo oskudni – znamo samo da je rodom iz Mostara i da je predavao filozofiju u Zaostrogu od g. 1741. do 1744. – ipak možemo donekle rekonstruirati njegov *curriculum vitae* prema poznatim biografijama drugih profesora filozofije jer je i on morao prijeći isti put kao i oni. Prema ondašnjim provincijskim konstitucijama kandidati za Franjevački red primani su od trinaest godina života. Najprije bi završavali tzv. gramatičke škole, gdje su izučavane *artes liberales* (*trivium*: gramatika, retorika i dijalektika i *quadrivium*: aritmetika, geometrija, muzika i astrologija) te bi, nakon jedne godine provedene u novicijatu, pohađali trogodišnji studij filozofije na jednom od učilišta u Provinciji ili u inozemstvu (Italija, Austrija, Poljska...). Iza toga je slijedio isto tako trogodišnji studij teologije. Kandidatima za profesora filozofije mogli su postati samo oni studenti koji su po pismenom svjedočanstvu i pod zakletvom njihovih profesora odlično završili studij i bili uzorna vladanja. Proforski ispit polagali su na učilištu filozofije najvišeg ranga, tzv. generalnom učilištu prvog reda (*studium generale primae classis*) kakvo je u Provinciji bilo od. g. 1723. ono u Budimu, i to pred starješinstvom Provincije i komisijom koju su sačinjavali aktualni i

bivši profesori filozofije na provincijskim učilištima ili pak izvan Provincije na učilištima iste razine. Nakon uspješno položenog lektorskog ispita uprava Provincije bi ih raspoređivala prema potrebama na razna učilišta na svom teritoriju u trajanju od tri godine kako bi mogli završiti cjelokupno propisano gradivo (*elenchus materiae*) predviđeno nastavnim planom i programom: *summulae* (*logica minor*), *logica maior*, fizika, metafizika, animistica, o rađanju i nestajanju, o nebu, svijetu i atmosferilijama.

Prema ondašnjim propisima o školstvu (*ratio studiorum*) u Franjevačkom redu profesori filozofije ili, kako su se onda zvali, lektori (jer su prvi dio predavanja čitali, odnosno diktirali studentima) mogli su predavati prema odobrenim autorima (Mastrius i Hennius) ili, kao što je uradio naš Franjo, prema njima i ostalim izraditi vlastite sastavke (*«ex codicibus librorum collecta et hic in unum reposita»*) za cjelokupno trogodište. Predavanja su lektori morali držati na latinskom jeziku (*«semper idiomate latino»*), izlagati ih skolastičkom metodom (*questiones, conclusiones, probationes, obiectiones et resolutiones materiae suae*) i u duhu franjevačkog učitelja Ivana Duns Škota (*ad mentem doctoris subtilis Ioannis Duns Scoti*).

Marušićevo djelo, koje je predmet ovoga rada, nije autograf autorov, nego ga je pisao njegov student fra Franjo Krilić. Ono se danas nalazi u franjevačkoj biblioteci u Makarskoj označeno rednim brojem 15.

Opis rukopisa

Vel. 21×15 cm; ima 340 folija ili 680 pisanih stranica. Uvezan je u bijele kartonske korice. Ima četiri dijela koji su označeni riječju 'ternio' i arapskom numeracijom: Ternio 1–4 *Summularum*; Ternio 1–14 *Logicae*; Ternio 1–9 *Physicae*; Ternio 1–2 *Metaphysicae*. Na početku su dva i na kraju jedan zaštitni list. Postoje dvije paginacije. Starija paginacija (zasebna za *Summulae* 1–89 i zasebna za ostale traktate 1–231) nije provedena do kraja rukopisa. U novije je vrijeme olovkom unesena numeracija listova manuskripta. Nedostaje prvi list prvog sveska (str. 1–2 prema starijoj paginaciji). Neispisani su listovi 47–49 i 339–340. Na hrptu je stariji naslov *Philosophia manuscripta*, a kasnija ruka je dodala: »Crilich fr. F., *Philosophia* 1741–1744«. Na vanjskoj stranici prve korice stoji: »Crilich fr. Franciscus, *Philosophia scripta* Zaostrogii ab anno 1741 die 28. 8 usque ad an. 1744 sub disciplina p. F. Marussich«. Na zadnjem zaštitnom listu zapisano je: »Ego Fr. Franciscus Crilich (a Bachina, territorio Macarensi) Ordinis Minorum Observantium S. Francisci, Provinciae SS. Redemptoris, olim Bosnae Argentinae in Dalmatia, *Philosophiam* scribere incepti in Conventu S. Mariae in Coelum Assumptae Zaostrogii sub lectore P. F. Francisco Marussich a Mostar, anno 1741 die 28 mensis Augusti«. Na listu 211. zabilježeno je: »In Dei nomine Amen. Anno Domini

1743, die 20 Novembris, incipit cursus physicus, paulo ante medium ternionis, sub Reverendo Patre Francisco Marussich artium lectore actuali. Initium sapientiae timor Domini. Ego Fr. Franciscus Crilich studens philosophiae.«

U prvom svesku (mala logika ili sumule, f. 1–46) nedostaje *incipit*, a *explicit* glasi: »Et haec vobis sufficiant pro corolario parvae logicae, seu pro notitia parva summularum, dicamusque ergo: laus Deo Patri omnipotenti, Fili congeniti (sic!), Flaminique ab utroque procedenti, Matri Dei illibatae Spiritusque Paraclitus sponsae, Fondatori Seraphico, glorioso Antonio, Divo Bonaventura, necnon Sanctae Catarinae protectricis studiorum. Finis summularum.«

Drugi svezak (rasprave o aristoteliko-skotističkoj logici, f. 50r–211v) ima:

Incipit: »In nomine Domini. Incipiunt disputationes in logicam Aristotelicam Scoticam valde utiles. – Prologus. Transfretato litore maris, hoc est brevi curriculo summularum examinato, nunc oportet navigare pellagum equoris, id est agredi logicam magnam...«

Explicit: »Haec quae pro praesenti dicta sunt, et etiam disputata fuerunt, non a mea imbecillitate inventa, sed ex codicibus librorum collecta, et hic in unum reposita, cedant ad maiorem Dei gloriam, Sanctorumque omnium, necnon utilitatem vestram; ideo sit introductio in philosophiam naturalem seu in Octo libros physicorum. Amen.«

Treći svezak (tumačenja i problemi Aristotelove fizike, f. 212r–315r) ima:

Incipit: »Philosophia est nomen Graecum, quod juxta ethymologiam idem est ac latine amor seu studium sapientiae...«

Explicit: »Haec omnia cedant ad gloriam omnium bonorum, et ad gloriam Seraphici coetus Patronae, nostramque utilitatem. Finis disputationum in octo libris physicorum contentarum. Amen. Alleluia.«

Zadnji svezak (metafizika, f. 316r–338r) ima:

Incipit: »Incipit liber primus metaphysicorum ad mentem Scoti. Disputatio prima de natura metaphysicae. Quaestio prima. Quodnam sit objectum metaphysicae?«

Explicit: »Haec omnia cedant ad majorem Dei gloriam, Sanctorumque omnium, necnon ad vestram utilitatem; ideo sit amen, et finis Metaphysicae.«

Sadržaj

Caput I: De variis logicae nominibus (3)

Caput II: De definitionibus logicae (4)

Caput III: De divisione logicae (5)

Caput IV: De necessitate, utilitate, officio, fine, objecto et auctore logicae (7)

Caput V: Quae et quot sunt operationes intellectus? (9)

Liber primus **parvae logicae**:

Caput I: Quid et quotuplex sit terminus? (13)

Caput II: De divisione termini logici (14)

Caput III: De terminorum collatione inter se (25)

Caput IV: De proprietatibus seu affectionibus terminorum (27)

Caput V: De variis necessariisque terminis seu distinctionibus in scholis frequentatissimis (31)

Caput VI: De signo eiusque divisione (43)

Caput VII: De sono et voce (44)

Liber secundus logicae parvae: Tractatus secundus Summularum

Disputatio unica: De pertinentibus ad aliam operationem intellectus

Caput I: De nomine logico (45)

Caput II: De verbo (46)

Caput III: De oratione eiusque divisione (47)

Caput IV: Quid et quotuplex sit propositio? (49)

Caput V: De propositione hypothetica (51)

Caput VI: De propositione modali (52)

Caput VII: De propositione exponente et exponibili (53)

Caput VIII: De materia, forma, substantia, qualitate et quantitate propositionum (54)

Caput IX: De oppositione propositionum simplicium (55)

Caput X: De regulis oppositionum propositionum in qualibet materia (57)

Caput XI: De aequipollentia propositionum (60)

Caput XII: De conversione propositionum simplicium (61)

Liber seu tractatus tertius parvae logicae: De pertinentibus ad tertiam operationem intellectus

Caput I: De modo sciendi (63)

Caput II: De divisione (67)

Caput III: De argumentatione (69)

Caput IV: De syllogismo et eius divisione necnon speciebus (71)

Caput V: De materia, forma et figura syllogismi (73)

Caput VI: De modis syllogisticis (74)

Caput VII: De principiis regulativis syllogismorum (77)

Caput VIII: De regulis in communi syllogismorum (78)

Caput IX: De regulis in particulari pro quacumque figura (78)

Tractatus tertius tertiae partis Summularum: De syllogismo sophistico seu fallaciis aut falsigrapho et fallaciis

Caput I: De fallacia in dictione (85)

Caput II: De fallacia extra dictionem (87)

Disputationes in logicam Aristotelicam-Scoticam valde utiles:

Prolusio

Disputatio I: De natura et affectionibus logicae (101)

Quaestio I: An detur et quid sit logica? (102)

Conclusio: Datur logica naturalis et artificialis; est communis. (102)

Quaestio II: Utrum logica sit scientia? (108)

Conclusio prima: Logica utens non est scientia sed ars. (114)

Conclusio secunda: Logica docens est scientia stricto modo sumpta, et quidem quoad omnes sui partes; est Doctoris, quaestione prima »Universalium«, et tenetur ab omnibus scotistis. (126)

Quaestio III: Utrum logica sit scientia practica seu speculativa? (129)

Conclusio: Logica docens est pure speculativa, et non practica et speculativa; est Doctoris, quarta »Prologi«. (140)

Quaestio IV: Utrum logica sit una simplex qualitas? (157)

Conclusio: Logica in esse rei non est una simplex et indivisibilis qualitas, sed tot simplices qualitates quot sunt conclusiones diversae rationis, quae in logica demonstrantur. Est Doctoris, locis supracitatis. (157)

Quaestio V: Utrum logica sit necessaria simpliciter ad alias scientias acquirendas? (171)

Conclusio: Logica est simpliciter necessaria ad alias scientias acquirendas in statu perfecto. (172)

Quaestio VI: Utrum habitus logicae docentis et utentis distinguantur realiter? (185)

Conclusio: Habitus logicae docentis et utentis distinguuntur realiter; ita supracitati. (187)

Quaestio VII: Quodnam sit obiectum formale et adaequatum logicae? (204)

Conclusio: Quomodocumque sumatur logica, eius objectum totale attributionis est syllogismus in communi. Deducitur ex Scoto, quaestione tertia »Universalium«, et tenetur a pluribus scotistis. (206)

Disputatio II: De concretis et abstractis (224)

Quaestio I: Quid significet concretum de primario? (224)

Conclusio: Concretum accidentale primario et principaliter significat formam, subjectum vero minus principaliter, et de connotato. Ita Doctor, pluribus in locis; tenetur ab omnibus scotistis. (224)

Quaestio II: Quid requiratur ad multiplicationem concretorum tam accidentalium quam substantialium? (230)

Conclusio: Ad unitatem vel pluralitatem concretorum accidentalium et adjectivorum requiritur et sufficit unitas vel pluralitas subjecti seu suppositi, non vero formae; ad unitatem autem vel multipliciter concretorum substantialium substantivorum sufficit sola unitas vel multipliciter formae, nequaquam vero subjecti seu suppositi. (230)

Quaestio III: An concreta de his abstractis vel abstracta de his concretis praedicari possint et an abstracta de abstractis? (240)

Conclusio: In creatis nec ultimate abstracta de suis concretis, nec concreta de suis abstractis, neque abstracta de aliis ultimate abstractis praedicari valent. (240)

Tractatus tertius: De ente rationis; ubi etiam de secundis intentionibus (249)

Quaestio I: An detur vel dari possit ens rationis chimaericum? (250)

Conclusio: Est dabile per intellectum ens rationis chimaericum. Colligitur ex Doctore, in 2do, dist. 6., qu. 15. (250)

Quaestio II: Per quas operationes et quos actus intellectus fit ens rationis chimaericum et in quo eius esse formale consistit? (255)

Conclusio: Intellectus per quamcumque suam operationem et quemlibet suum actum potest efficere ens rationis chimaericum; eius tamen esse non consistit in negativo, sed potius in positivo. (255)

Quaestio III: An alia potentia ab intellectu possit efficere ens rationis chimaericum? (260)

Conclusio: Voluntas suo modo potest efficere ens rationis chimaericum. Potest colligi ex Doctore, in 2do, dist. 6., qu. 1. (260)

Quaestio IV: An Deus possit efficere ens rationis chimaericum vel saltem illud intelligere? (265)

Conclusio: Intellectus divinus solum indirecte cognoscit ens rationis chimaericum: nequaquam tamen illud efficit. Ita pauciores scotistae, et praecipue pater Petrus a s. Catharina. (265)

Quaestio V: Utrum denominationes extrinsece et secundae intentiones sint entia rationis fundata? (271)

Conclusio: Denominationes extrinsece provenientes a formis realibus non sunt entia rationis; ita tamen secundae intentiones. (271)

Dico: Secundae intentiones sumuntur in abstracto non valent ad invicem praedicari, nec de primis, bene vero in concreto. (274)

Tractatus tertius: De distinctionibus et identitatibus (277)

Quaestio unica: Utrum admittenda sit distinctio formalis Scotica? (280)

Conclusio: Inter gradus metaphysicos realiter identificados in creatis necessario admittenda est distinctio formalis scotica praecedente omnem actum intellectus. (281)

Disputatio V: De universalibus in communi (303)

Quaestio I: Utrum detur a parte rei universale in essendo seu metaphysicum vel naturae communes? (304)

Conclusio: Dantur a parte rei naturae communes quae denominantur universales, et istae non consistunt in vocibus seu nominibus, sed sunt verae naturae reales; non sunt a singularibus separatae sed cum eis realiter identificatae. (304)

Quaestio II: Utrum naturis quae denominantur universales conveniat a parte rei unitas formalis minor unitate numerica? (313)

Conclusio: Naturis communibus, tam in statu essentiae quam in statu realis existentiae, competit a parte rei unitas formalis. (313)

Dico: Unitas formalis naturae multiplicatur ad multiplicationem individuorum. (317)

Dico: Unitatem formalem distingui formaliter ex natura rei ab unitate numerali (318)

Quaestio III: Utrum natura sit communis a parte rei per indifferenciam vel per inexistenciam? (321)

Conclusio: Natura considerata in statu contractionis est communis a parte rei per indifferenciam negativam; sumpta vero in statu praecisionis est communis per indifferenciam positivam; per inexistenciam autem nequaquam potest esse communis. (321)

Disputatio VI: De universali in praedicando seu logico (327)

Quaestio I: Utrum detur a parte rei universale logicum? (327)

Conclusio: In creatis non datur a parte rei universale logicum. Est communis. (327)

Dico: Universale logicum solum fit per comparationem intellectus passibilis, non compositum sed simplicem. (327)

Dico: Universale logicum est per se intelligibile intelligibilitate terminativa tantum; per accidens autem motiva. (332)

Quaestio II: In quo consistat ratio formalis universalis logici (332)

Conclusio: Universale logicum constituitur in esse talis per aptitudinem ad esse in pluribus, aptitudo autem ad praedicari de illis est tantum ipsius proprietas. (333)

Dico: Definitum formale et per se in definitione universalis est secunda intentio universalitatis prout concernit naturam. (337)

Conclusio: Recte tantum quinque, et non plura, nec pauciora assignantur praedicabilia seu universalia. Est Doctoris, qu. 2da »Universalium«. (338)

Dico: Divisio universalis in quinque universalia Porphyrii est generis in suas species, et est univocum quinque universalibus. (431)

Disputatio VII: De praedicabilibus in particulari, et primo de genere (344)

Quaestio I: An genus recte definiatur per allatam definitionem? (345)

Conclusio: Recte definitur a Porphyrio genus dum dicitur: Est id quod praedicatur de pluribus specie differentibus in eo quod quid. (345)

Quaestio II: Quomodo genus praedicatur de speciebus et de individuis et quomodo respicit ipsas? (348)

Conclusio: Genus respicit suas species, et de eis praedicatur immediate ut pars actualis et ut totum potentiale; de individuis vero genericis praedicatur etiam immediate praedicatione specifica; et de specificis mediate praedicatione generica. (348)

Dico primo: Natura generica, si consideretur ut totum potentiale, continet differentias praedicative seu ut superius inferiora, quia illa genus est; si differentiae sumantur in concreto, et pro connotato, et non in abstracto et pro formali. (350)

Dico secundo: Si natura generica consideretur ut pars potentialis, continet differentias ad modum causae materialis. (353)

Dico tertio: Natura generica, ut pars universalis, est idem realiter ut differentia constitutiva, distinguitur tamen formaliter. (354)

Disputatio VIII: De specie secundo praedicabili (354)

Quaestio I: Per quid species constituitur in esse secundi universalis? (358)

Conclusio: Species non constituitur universalis formaliter per respectum ad superiora, quibus subjicitur, sed potius per respectum ad inferiora de quibus praedicatur. (358)

Quaestio II: An genus in unica specie et species in unico individuo conservari possint? (360)

Conclusio: Genus in unica specie et species in unico individuo salvari possunt, dummodo alia sint possibilis. Ita Doctor, qu. 18. »Universalium«. (360)

Quaestio III: Quid et quotuplex sit individuum? (364)

Conclusio: Non potest abstrahi aliqua ratio communis positiva a pluribus individuis ut individua sint, quae de eis praedicetur in quid, qua individua sunt. (364)

Disputatio IX: De differentia tertio praedicabili (368)

Quaestio unica: Utrum differentia inferior includat formaliter et quidditative genus quod contrahit et differentiam superiorem cui subijcitur, vel an ita in eis includat? (370)

Conclusio: Differentia inferior non includit formaliter essentialiter genus nec differentiam superiorem; et e contra, nec genus nec differentia superior includunt formaliter essentialiter differentiam inferiorem. Est communis quam scotistarum quam thomistarum contra nominales. (370)

Disputatio X: De proprio quinto praedicabili (372)

Quaestio unica: An proprium distinguatur realiter a suo subjecto? (372)

Conclusio: Proprium est ita connexum cum suo subjecto ut nec de potentia Dei absoluta possit ab eo removeri; distinguitur tamen formaliter. Est Scot, »Universalium« 3, qu. 3. (372)

Appendix: De accidente quinto et ultimo praedicabili (374)

Appendix: De antepredicamentis (374)

Disputatio XI: De praedicamentis in communi seu categoriis (376)

Quaestio unica: Quot sint praedicamenta seu Aristotelis categoriae et an inter se realiter distinguantur? (376)

Conclusio: Decem recte admittuntur praedicamenta realiter inter se distincta. Est communis inter porphyrianos. (376)

Disputatio XII: De praedicamentis in particulari et primo de absolutis (378)

Quaestio unica: Quanam sit ratio formalis substantiae? (378)

Pro ratione formali constitutiva substantiae a nobis pro statu isto cognitae recte assignatur esse per se, non vero substare accidentibus. Est communis inter scotistas et thomistas. (378)

Disputatio XIII: De quantitate secundo praedicamento (380)

Quaestio unica: Quanam sit ratio formalis constitutiva quantitatis? (380)

Conclusio: Ratio formalis constitutiva quantitatis est radicalis impenetrabilis et nulla ex singularibus. (381)

Dico: Qualitatem esse accidens absolutum, ratione cuius subjectum qualificatum potest intendi ac remitti, constitutum eius formale est ratio intensibilitatis vel remissibilitatis. (383)

Disputatio XIV: De praedicamentis ad aliquid (384)

Quaestio I: An dentur a parte rei relationes reales praedicamentales fundamento et termino superadditae et ab ipsis realiter distinctae? (384)

Conclusio: Dantur a parte rei relationes praedicamentales extremis superadditae et ab ipsis realiter distinctae. Est scotistarum et thomistarum. (384)

Quaestio II: Quodnam sit formale constitutum relationis praedicamentalis? (388)

Conclusio: Relatio constituitur formaliter tam per esse in, quam per esse ad. Est Doctoris, in 4to, dist. 12., qu. unica, littera d. (388)

Quaestio III: An una relatio possit esse fundamentum alterius relationis? (392)

Conclusio: Una relatio possit esse fundamentum alterius relationis. (392)

Quaestio IV: An multiplicatis numero terminis multiplicantur numero relationes in eodem fundamento? (396)

Conclusio: Multiplicatis numero terminis multiplicantur numero relationes in eodem fundamento. Est Doctoris, locis citatis. (397)

Quaestio V: An relatio terminetur ad absolutum vel respectivum? (402)

Conclusio: Omnes relationes praedicamentales tam mutuae quam non mutuae terminantur ad absolutum, non vero ad relativum. Est Doctoris, locis citatis. (402)

Compendium: De reliquis sex et ultimis praedicamentis (406)

Collectio: De postpraedicamentis (408)

Disputatio XV: In Peri hermeneias: De enuntiatione seu interpretatione (410)

Quaestio I: An una numero propositio possit transire de vera in falsam? (410)

Conclusio: Una et eadem numero propositio contingens de praesenti indeterminatam differentiam temporis significans successive potest mutari de vera in falsam, et e contra. Est Scoti, in 4to, dist. 8., qu. 2. (410)

Quaestio II: Utrum dentur propositiones de futuro contingenti expresse, una sit determinate vera, et altera determinate falsa? (414)

Conclusio: Ex duabus propositionibus contradictoriis de futuro contingenti absoluto una est determinate vera, et altera determinate falsa. Ita Scotus, in primo, dist. 3., qu. unica. (414)

Disputatio XVI et ultima: In libros posteriorum Aristotelis (416)

Quaestio unica: Utrum de eodem objecto haberi possit simul scientia, opinio et fides humana? (417)

Conclusio: Scientia actualis non potest simul esse cum fide vel opinione actuali de eodem objecto in eodem intellectu. Ita scotistae et thomistae. (418)

Commentaria una cum quaestionibus super octo libros Aristotelis de physico auditu seu in philosophiam naturalem, quae vocatur **physica** (424)

Disputatio unica: De prooemialibus physicae (424)

Quaestio I: An philosophia naturalis sit vera scientia, et an practica vel speculativa? (424)

Conclusio: Physica est vere et proprie scientia, eaque speculativa. Ita Philosophus, 2do »Metaphysicorum«, capite 3tio et 6to »Metaphysicorum«, capite primo. (424)

Quaestio II: Quodnam sit objectum adaequatum physicae? (427)

Conclusio: Objectum reale et adaequatum physicae est corpus naturale, ut naturale. Est Scoti, 6to »Metaphysicorum«, qu. prima et communiter defenditur a scotistis. (427)

Liber primus physicorum:

Disputatio I: De principiis corporis naturalis in communi (431)

Quaestio unica: Quot sunt principia corporis naturalis in fieri, et in facto esse (432)

Conclusio: Principia intrinseca compositi physici in fieri sunt tria, scilicet materia, forma et privatio; duo autem in facto esse, nempe materia et forma. (432)

Disputatio II: An detur materia prima in rerum natura? (437)

Conclusio: Datur in rerum natura materia prima. (439)

Quaestio II: An materia prima sit pura potentia, vel habeat aliquam aliam essentiam et existentiam? (441)

Conclusio: Materia prima non solum habet suam propriam essentiam, verum etiam existentiam. (442)

Quaestio III: An materia prima possit existere sine omni forma substantiali? (446)

Conclusio: Materia prima potest supernaturaliter conservari sine omni forma substantiali. (446)

Quaestio IV: An potentia subjectiva materiae sit illi essentialis vel tantum eius passio? (452)

Conclusio: Potentia generalis naturalis formalis indeterminata materiae non est de essentia illius, sed est propria passio ipsius. (452)

Quaestio V: An materia prima appetat omnes formas, et an aequaliter? (454)

Conclusio: Materia prima appetit appetitu innato omnes formas, etiam corruptas; magis tamen perfectiores quam imperfectiores. Est Scoti, in 4to, dist. 9., qu. 10. (454)

Disputatio III: De privatione secundo principio corporis naturalis (457)

Quaestio unica: An privatio sit ens reale positivum vel negativum? (458)

Conclusio: Privatio formaliter sumpta est ens reale privativum. (458)

Disputatio IV: De forma tertio principio compositi naturalis (459)

Quaestio I: An detur et quid sit forma substantialis? (459)

Conclusio: Vere datur a parte rei forma substantialis, quae sic describitur: Est substantia incompleta nata actuare materiam, et unum per se cum illa constituere. Ita omnes peripatetici. (459)

Quaestio II: Utrum formae educantur de potentia materiae; et an omnes? (460)

Conclusio: Omnes formae substantiales tam caelorum quam elementorum, quam etiam mixtorum, dempta anima rationali, educuntur de potentia materiae primae. Ita Scotus, in 2do, qu. prima. (461)

Quaestio III: An formae substantiales praecontinentantur in materia ante sui educationem et quomodo? (465)

Conclusio: Formae substantiales materiales non praecontinentur actu in materia, nec secundum esse incompletum nec completum, bene vero virtualiter. (465)

Quaestio IV: An plures formae substantiales non subordinatae possint informare simul eandem numero materiam? (468)

Conclusio: Duae formae substantiales non subordinatae possunt simul supernaturaliter informare eandem numero materiam. Est Doctoris, locis citatis. (468)

Quaestio V. et ultima: An eadem numero forma substantialis possit informare simul plures numero materias? (472)

Conclusio: Una eademque numero forma substantialis, tam materialis quam immaterialis, nequit informare simul supernaturaliter plures numero materias totales et adaequatas conjunctas. Ita Scotus, in 3tio, dist. prima, qu. 2. (472)

Disputatio V: De unione et composito physico (475)

Quaestio I: An detur unio inter materiam et formam et quid sit? (475)

Conclusio: Datur inter materiam et formam media unio realiter ab eis distincta, quae non est quid absolutum sed relativum. (475)

Quaestio II: An materia et forma uniantur per unicam vel duplicem unionem? (480)

Conclusio: Duplex datur unio inter materiam et formam. (480)

Quaestio III: An totum seu compositum physicum distinguatur realiter a suis partibus simul sumptis et unitis? (485)

Conclusio: Totum esse physicum realiter distinctum est a suis partibus simul sumptis et unitis. Ita communiter scotistae cum Doctore Subtili et Aristotele. (487)

Dico: Totum integrale, tam homogeneous quam heterogeneum, distinguitur realiter a suis partibus simul sumptis; minime vero totum per accidens et per aggregationem. (497)

Liber secundus Physicorum:

Disputatio I: De natura in communi (499)

Quaestio unica: An natura sit principium activum vel passivum motus et quietis? (500)

Conclusio: Ratio naturae consistit in ratione principii motus passivi, non vero activi. Sic communiter scotistae cum Scoto, in 2do, dist. 2da, qu. 10. (500)

Dico: Ratio naturae proprie convenit tam materiae quam formae. (502)

Disputatio II: De causis in communi (504)

Quaestio I: An Deus possit suplere causalitatem materiae et formae tam circa se ipsas quam circa compositum? (506)

Conclusio: Deus nequit suplere causalitatem materiae et formae circa compositum, neque materiae erga formam aut formae erga materiam in proprio genere, bene tamen in genere causae efficientis. Ita Doctor, in primo, dist. 8va, qu. 2da. (506)

Quaestio II: An substantia sit immediate operativa vel accidens? (512)

Conclusio prima: Substantia est immediate productiva alterius substantiae. Ita Scotus, locis citatis. (513)

Conclusio secunda: Substantia est immediate productiva accidentium connaturalium. (518)

Quaestio III: An Deus immediate concurrat ad effectus causarum secundarum? (522)

Conclusio: Deus concurrat immediate immediatione virtutis et suppositi ad effectus causarum secundarum. Ita Scotus, cum omnibus aliis, pluribus in locis et praecipue in primo, dist. 2da, qu. 2da. (523)

Quaestio IV: An causa prima praemoveat physice creaturas ad operandum? (529)

Conclusio: Omnino rejicienda est praemotio Dei physica. Sic Scotus, in quarto, dist. prima. (530)

Quaestio V: An causa prima determinat secundam ad eius effectum in individuo? (538)

Conclusio: Causa tam libera quam naturalis ad producendum potius hunc effectum quam alium determinatur a Deo.

Quaestio VI: An in quacumque creatura detur potentia obedientialis ad quodlibet? (541)

Conclusio: Datur potentia oboedientialis activa in creatura ad aliquos effectus; non tamen in omnibus ad singulos. Est Doctoris, in tertio, dist. 4ta, qu. prima; et in quarto, dist. prima, qu. prima. (542)

Quaestio VII: An idem numero effectus possit produci a pluribus causis et adaequatis eiusdem ordinis sit et simul conjunctis? (548)

Conclusio: Nec naturaliter nec supernaturaliter possit idem numero effectus produci a pluribus causis totalibus et adaequatis ejusdem generis et ordinis. Ita Doctor Subtilis, in primo, dist. 2da, qu. 3tia. (548)

Liber tertius Physicorum:

Disputatio unica: De infinito (563)

Quaestio I: An dari possit infinitum categorematicum? (564)

Conclusio: Repugnat creatura quae habeat infinitam perfectionem essentialem etiam in determinata linea, seu repugnat infinitum categorematicum in essentia. Est quasi omnium scotistarum et thomistarum contra aliquos recentiores; et colligitur ex Doctore, in primo, dist. 8va, qu. 3tia et alibi. (564)

Quaestio II: An possit dari infinitum syncategorematicum in perfectione essentiali? (570)

Conclusio: Potest Deus sua potentia absoluta producere species perfectiores et perfectiores in infinitum, quapropter repugnat creatura omnium possibilium perfectissima. Colligitur ex Doctore, in primo, dist. 2da, qu. 2da. (570)

Liber quartus Physicorum:

Disputatio unica: De loco (574)

Quaestio I: An duo corpora quanta possint esse simul in eodem loco circumscriptive? (577)

Conclusio: Duo corpora quanta non possunt esse naturaliter in eodem loco, possunt vero supernaturaliter. Est Doctoris, in quarto, dist. 47ma, qu. 10ma et alibi. (577)

Quaestio II. Utrum idem numero corpus possit esse in duobus locis adaequatis situm? (580)

Conclusio: Unum numero corpus unica quantitate affectum potest divinitus esse in duobus locis adaequatis extrinsece et circumscriptive. (580)

Quaestio III: An detur vel dari possit vacuum per aliquam potentiam? (597)

Conclusio: Nequit dari vacuum naturaliter, bene tamen supernaturaliter. (597)

Liber quintus Physicorum:

Disputatio unica: De duratione rerum (598)

Quaestio unica: Quid formaliter importet duratio et quomodo a re durante distinguitur? (598)

Conclusio: Duratio creata non importat aliquid realiter distinctum a re durante et actione qua producitur et conservatur, unde formaliter ex ipsa existentia rei durantis. Est communis inter scotistas et recentiores contra thomistas. (598)

Quaeres: Quid sit tempus? (601)

Liber sextus Physicorum:

Disputatio unica: De continuo (601)

Quaestio I: An in continuo permanenti dentur actu realiter indivisibilia positiva tam continuativa quam terminativa? (602)

Conclusio: dantur in continuo permanenti indivisibilia realia positiva tam continuativa quam terminativa. Ita Doctor, in secundo, dist. 2da, qu. 9. (602)

Quaestio II: Utrum in continuo dentur actu partes? (605)

Conclusio: Dantur vere et realiter in continuo partes actu tam aequales quam proportionales ad invicem actu realiter distinctae, quae non sunt actu infinitae et categorematicae sed syncategorematicae, scilicet finitae in infinitum. (610)

Quaestio III: An continuum componatur ex partibus divisibilibus vel indivisibilibus tantum, vel ex utrisque? (610)

Conclusio: Continuum componitur ex solis indivisibilibus, sed ex partibus divisibilibus, et ex indivisibilibus. Est communis inter peripateticos. (610)

Dico: Corpora non viventia non habent terminum intrinsecum magnitudinis, bene vero viventia, id est omne animatum habet terminum suae magnitudinis. (612)

Liber septimus et octavus Physicorum:

Disputatio unica: De aliquibus ad motum spectantibus (614)

Quaestio unica: Utrum quidquid movetur ab alio moveatur? (614)

Ternio primus **metaphysicae** (616)

Disputatio I: De natura metaphysicae

Quaestio I: Quodnam sit objectum metaphysicae? (616)

Conclusio: Objectum metaphysicae non est ens actu quatenus comprehendit ens reale et actionis, neque quatenus comprehendit spiritualia, bene vero prout est commune Deo et creaturae, substantiae et accidenti. (616)

Quaestio II: An ens ut sic est univocum enti reali et rationis? (617)

Conclusio: Ens ut sic non est univocum enti reali et rationis. (617)

Quaestio III: An detur ens reale ut sic praecisum a positivo et negativo eius univocum? (618)

Conclusio: Non datur ens reale praescindens a positivo et negativo, quia sit univocum ipssis. (618)

Quaestio IV: An ens reale ut sic dicat unum conceptum tam formalem quam objectivum commune Deo et creaturae, substantiae et accidenti? (618)

Conclusio: Ens reale ut sic importat unicum conceptum simplicem, tam formalem quam objectivum, commune suis inferioribus, scilicet Deo et creaturae, substantiae et accidenti. (618)

Quaestio V: An ens reale sit univocum Deo et creaturae? (619)

Conclusio: Ens reale ut sic est univocum analogum Deo et creaturae. (619)

Quaestio VI: An ens reale ut sic dicat realitatem communem Deo et creaturae formaliter distinctam a rationibus particularibus ipsius Dei et creaturae? (620)

Conclusio: Ens reale ut sic importat formalitatem perfectam ex natura rei distinctam a rationibus specialibus Dei et creaturae. Est Scoti, in 2do, dist. 3tia, qu. 3tia. (620)

Quaestio VII: An ens reale formaliter includatur in modis intrinsicis, passionibus et ultimis differentiis? (622)

Conclusio: Ens reale non includitur in ultimis differentiis formaliter, nec in modis intrinsicis, neque in suis passionibus. (622)

Disputatio II: De ente possibili

Quaestio I: An creaturae possibles habeant ab aeterno aliquod esse reale actuale? (623)

Conclusio: Creaturae possibles non habuerunt ab aeterno aliquod esse reale actuale existentiae sed dum producuntur non solum acquirunt esse actuale existentiae verum etiam esse. (624)

Quaestio II: An esse cognitum creaturarum sit reale vel rationis, vel medium inter utrumque? (625)

Conclusio: Esse cognitum creaturarum est denominatio extrinseca quam creaturae suscipiunt ex eo quod terminant divinam cognitionem, ac proinde non est ens rationis, neque medium inter ens reale et rationis. (625)

Quaestio III: An creaturae fuerint possibles ab aeterno per solam denominationem extrinsecam desumptam a potentia activa Dei; an vel per aliquam possibilitatem intrinsecam ipsis? (625)

Conclusio: Creaturae habuerunt ab aeterno possibilitatem intrinsecam distinctam ab omni potentia divina. Ita scotistae cum Scoto, in primo, dist. 36ta. (626)

Quaestio IV: An possibilitas intrinseca rerum habeat suam causam, et quaenam sit? (627)

Conclusio: Possibilitas vel impossibilitas intrinseca rerum non potest desumi a divino intellectu vel scientia divina, bene vero a propria ratione ipsarum. (627).

Disputatio III: De essentia et existentia creaturarum

Quaestio I: An essentia realiter distinguatur ab existentia? (628)

Conclusio: Essentia non distinguatur ab existentia realiter. (628)

Quaestio II: An existentia creata distinguatur formaliter ab essentia? (629)

Conclusio: Existentia creata distinguatur formaliter modaliter ex natura rei ab essentia. (629)

Quaestio III: An cuicumque essentiae competat propria existentia? (630)

Conclusio: Cuilibet essentiae correspondet propria existentia, nec una essentia potest existere existentia alterius. Ita Scotus cum scotistis. (631)

Quaestio IV: Utrum sint possibles essentiae aequalis perfectionis? (632)

Conclusio: Per omnem potentiam implicant plures species in perfectione aequales. (632)

Disputatio IV: De individuo (633)

Quaestio I: Utrum id per quod natura specificata seu subsistentia communis fit singularis et individua sit aliquod positivum vel negativum? (633)

Conclusio: Id, per quod natura specifica fit singularis, importat quid positivum et non solum negationem. Ita Scotus, loco citato. (633)

Quaestio II: An haecceitas sit principium individuationis? (634)

Conclusio: Principium individuationis est haecceitas seu singularitas propria. (634)

Disputatio quinta et ultima: De supposito creato (636)

Quaestio unica: An substantia creata consistat in positivo vel negativo?
(636)

Conclusio: Subsistentia creata consistit potius in positivo quam in negativo. (763)